2524

emolumentis obuentionibus attinentijsque et pertinentijs in vniuersum omnibus nihil ex praemissis Iuris proprietatis ac auuisius competentiae et prorogatiuae pro se Recognte. suisque successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc et defacto Gnosae Mariannae de Kopystno eiusdem supra scripti Nlis Michaelis Woloszynowski de Bernawa Conti legitimae sorori vero suae Germanae et ipsius posteris (accepta ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condesandit prout cedit et condescendit praesentibus omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in persona eiusdem Gnosae Wolosinowska sororis et Cessionariae suae et illius posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporauit prout transfert transfundit et incorporat per praesentes Per ipsam Cessionariam suam eiusque posteris hocidem Ius praesens cessum summamque suprascriptam praesentibus abcessam tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice attifruendi summae praefatam tollendi leuandi et percipiendi de leuata et percepta quietandi procedemque si non fuerit persoluta iure agendi processus quosuis Iudiciarios instituendi et inchoandi ad debitumque executionis finem perducendi ac praemissa omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosuis bene placitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi Iuris praefati Originalis ea omnia in se latius complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore.

12 XII.

Sabbatho pridie Festi Sanctae Luciae Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Dwernicki Filiae Suae Debet.

1525.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Generosus Andreas Dwernicki sanus mente et corpore exiens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse Nli Marinae Dwernicka sui Recognoscentis cum Generosa Theodora Nehrebecka conthe sua legitima procreatae Filiae Virgini et ipsius posteris summam Quingentorum floren. polon. eandem in arrimlotis et expeditionis legitime concernentem monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polon. computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti tenetur atq debet eandemq summam supraseriptam Quingentorum floren. polon. idem suprascriptus Recognoscens Generosq Andreas Dwernicki se suosq successores in et super bonis suis quibuslibet haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis eidem suprascriptae Nli Marinae Dwernicka sui Recognoscentis Filiae et ipsius successoribus hinc et ab Actu praesenti pro die et Festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate aduenturo realiter et in effectu soluturum et coram Officio Actisq praesentibus Castren. Capitan. repositurum et relicturum repositamq et relictam rursus ab eodem Officio non effideiussurum nec arestaturum vel quouis alio modo solutionem summae eiusdem impediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus Atq sub vadio similis summae Quingentorum floren. polon. per eundem Recognoscentem suiq eius posteros supranominatae Nli Marinae Dwernicka Filiae suae vel eius successoribus ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua principali ex commissis non completa complenda summaq ipsa principali non soluta soluenda Citatus extunc memoratus Recognoscens Generosus Andreas Dwernicki suiq eius successores Ad Instantiam praefatae Nlis Marinae Dwernicka Filiae suae aut eius posterorum ad Officium praesens Castren. Capitan. Praemyslien. ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in prima Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne

praeiudicatum

Iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos succores ad eadem sia inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Vnos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori Minorennitate succorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Quietorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea alteram primos Officy praefati Castren Capitaneal Praemysliens Vnos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalys Iuris praesone Terrae tribello Conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

14/12 Feria Secunda in Crastino Festi Sanctae Luciae Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Swichowski Vicesgerens Fiscalis Terrae Praemyslien Chylinskim Coniugibus cedit.

880 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemysliens Generosus Nicolaus Swichowski Vicesgerens Fiscalis Terrae Praemyslien Sumtes sanus mente et Corpore praenos a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Praemysliens Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse de omni et integro Iure infrascripto nempe de bonis Podsanska seu Buchowska Wola ad Villam Wierzbna pertinente in Terra Praemyslien et Districtu Preworscen consistentem per se Recognoscentem vigore Decreti Iudicy Fiscalis Generosorum Iudicum Deputatorum Terrae Praemyslien per legem publicam et Constitutionem Regni

constitutae